


36

01

A

6631



DISSE^TAT^O IN^AUG^UR^ALIS MEDICA
SISTENS
SCIAGRAPHIAM PHTHISEOS NOSOLOGICAM

23

QUAM
RECTORE UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO DUCE AC DOMINO
DOMINO
C A R O L O
DUCE WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE REGNANTE
REL. REL.

PRAESIDE
GUIL. GODOFREDO PLOUCQUET

PHILOS. ET MED. DOCT. HUJUSQUE PROF. P. O.
P. T. DECANO.

PRO GRADU DOCTORIS
EXAMINI PUBLICO SUBJICIT
M. OCTOBR. MDCCCLXXXIX.
JOHANNES PETRUS MOLL, BIELENSIS.
CHIRURGUS PRIMARIUS LEGIONIS PRÆTORIANÆ HOLLANDICÆ.

TUBINGÆ TYPIS REISSIANIS.

SCIGGRVHIN HTHSEOS NOGPOECA
S1-EATN2

RCCOES UNAESTRAN MEGHAGA MASHI
SERENSIOS DEX a DOMIN

D O G I N O
C A R O L O

THE UNTWEEONE TO THECKE BEONNTA

P R A E S I U E

C U T C O D O R E E O P L O C C E T

THEO GRAND DEDICATI

LAURENTIUS VITALE CLOTTI

W O C D A W Y E A G O C Y X A Z

I O H A N N E S P E T R U S M O L L H E I N Z I S

G E O R G I C S T I M M E S I T O D A M A T O M I A K H E I N Z I S

A U T O M A T I C A M E S S I S T A M I S

CELSISSIMO AC SERENISSIMO
ARAUSIONENSIVM AC NASSAVIORVM
PRINCIPI HÆREDITARIO

ET

CHILIARCHO SUMMO LEGIONIS PRÆTORIANÆ

DISSERTATIUNCULAM HANC,

UT ET SEMET IPSUM

EA QUA DECEP REVERENTIA, ATQUE ANIMI

DEVOTIÖNE DEDICAT

AUTOR.

CELESTINO & SERVIZIO
ARISTOCRATICO - MATERIALE
PRINCIPI HEREDITARIO

CHIPIRGHO summo LEGIONIS TERRITORIUM

DISSOCIATIONE IN HIC

MURUS TUTU

ET CETERA REPARATIO, SED

REFORMATIO PREDICAT

NOTA

CONSPPECTUS NOSOLOGICUS.

Phthises.

1) Symphoreticæ, seu Congestoriae.

1) Atonica.

2) Ischocenoticae.

a) Ischaemorrhagica.

b) Ischophallorrhœica.

c) Ischhysterorrhœica.

d) Ischidrotica.

e) Psycitica.

3) Sympathicae.

a) Gastricae.

α) biliosa.

β) acatharta.

γ) verminosa.

b) Splanchnicae.

α) Hepatica.

β) Splenica.

γ) Nephrica.

δ) Hysterica.

4) Drimyticæ.

a) Pyretica.

b) Biliofa.

c) Syphilitica.

d) Psorica.

e) Achoroifa.

f) Herpetica.

g) Arthritica.

h) Trichomatica.

i) Varioifa.

k) Rubeolosa.

l) Pyica,

)

4)



- CONCERNANT
LES
DÉSORDRES
DE LA
PEAU
- α) Xerelcotica.
m) Dialyticae.
a) Exquista, phlogistica.
b) Aquosa.
n) Halitosaæ.
5) Erehisæ.
- II) Emphracticae.
1) Symphoreticae.
2) Pachyæmicæ.
a) pituitosa.
b) atrabilaria.
3) Thlipticæ.
a) Stenothoracica.
b) Oncodes.
c) Phyfconica.
d) Tuberculosa.
e) Vomicosa.
4) Plemmyricæ.
a) Cardiaca.
b) Splanchnica.
c) Accidentalis.
- III) Helcoticae.
1) Symphoreticae & Emphracticae.
2) Diabrotica
3) Biaſtifica.
- IV) Exallacticae.
1) Xerotica.
- V. Compositæ & Complicatae.
-

PRO-



PRO O E M I V M.

Inter morbos chronicos eminet genus morbi quod ab omnibus retro temporibus, & in longe plerisque orbis terrarum regionibus maximas strages edidit, & testibus Necrologiis adhuc edit, Tabem puta! & quæ hujus generis species primaria est, Phthisis seu Phthoë pulmonalis. Nec ullum fere erit morbi genus, si ab hydrope discesseris, quod tam multiplices origines, fides, materiae habeat, ac ipsum illud, de quo agimus. Duplii hac ex ratione, si scilicet & periculum, humano generi inde imminens, & difficultatem diagnoseos specierum consideraveris, summum ejus momentum luculenter patet: Nec est, quod ab illo Scriptore, sive Systematico sive Monographo, sive alio hunc morbum ita tractatum credas, ut species ejus exhaustas ac bene digestas, characteres earum probe delineatos, & indicationes therapeuticas sedi, materiae, & indoli morbi accommodatas inde mutuare ac depromere facile possis. Prostata quidem Celebris Mortoni phthisiologia, quae autem, et si omnino suis, nec exiguis prærogativis sese commendat, ea, quæ modo recensuimus, requisita tamen non habet. Præterea passim tam inter medicos, quam vulgus circa hunc morbum errores & præjudicia perniciissima venditantur, falsis opinioribus de ejus speciebus, gradibus, statu diverso singularum nixa, ut omnino operae pretium sit, hunc morbum accuratius considerare. Cum autem limites Dissertationis plenam, omnibusque numeris absolutam tractationem non permitant, sufficiat hic, præmissis præmittendis sciagraphiam specierum exhibere, utpote à quorum recta constitutione & digestione indicationes Therapeuticæ adeo

A

pen-



pendent, ut Medico, regulis Therapiæ Catholice probe imbuto sponte sese offerant, cum ē contrario genericis modo ideis inhærens morbos, ejusdem quidem nominis, & externa facie satis sibi similes, verumtamen, in quo rei cardo vertitur, indole, & ipso statu interno summopere inter se diversos uni eidemque methodo therapeutica subhiciet, cum potius alias atque alias, diversæ illi indoli, diversis illis statibus internis accommodatas adhibere debuisset.

§. I.

Nomine phthiseos pulmonalis, vel potius phthiseos simpliciter dictæ veniunt omnes illi morbi, in pulmonibus radicati, ē quibus æger rabescit. Scilicet pulmones sunt focus & tedes primaria multiplicis hujus morbi, qui sensim sensunque universum corpus invadit, & labefacit, ut, qui in primis suis initiis ut localis considerari poterat, successu temporis universalis evaserit.

§. II.

Versipellis hic morbus, si ad signa ejus in genere respexeris, non uno se prodit modo, sed tam in initiis, quam in cursu suo varias habet facies, quarum nonnullas Hippocrates *) notavit, & singulis inscriptionem d'λλη φῶν præposuit.

§. III.

Quemadmodum omnis morbus, ita & hic suos habet vehementi gradus, qui jam ab extensione & modo læsionis in parte affecta, jam ab accedentibus vividioribus motibus febrilibus, jam à diæta & medicationis ratione pendent, unde phthisis, & quidem eadem

*) 1501 1502. II. Edit. Foes. p. 418.

eadem forte species modo cius modo serius decursum suum absolvit. Nesolecticam ~~explicat~~ negligentes in diversis, quas assumebant, gradibus emere fecerunt phthisicos, vel potius phthisium discrimen poluerere, ita ut omne punctum tulisse sibi viderentur, si phthisis distinguenter in incipientem, confirmatam, & consummatam seu desperatam? Quamvis hæc consideratio generi quidem accommodata est, & eminio practicos usus haberet, tantum tamen abest, ut eandem pro fundamento divisionis specierum agnoscere possimus, ut potius eam pro fallaci & noxia declaremus: Etenim omnes & singulæ species considerari possunt ut incipientes, confirmatae & consummatæ: Dein nonnulli confirmatam cum tuberculosa, consummatam cum purulenta identificariunt, quod iterum erroneum est. Porro haec distinctione quidem idem transitus speciei in speciem involvere videtur, attamen & hoc respectu nec satis clara, nec satis perfecta est.


§. IV.

Tam propter has §. 2 & 3 prolatas, quam alias rationes fieri non potest, ut signa, genericè prolata, fidam morbi imaginem eousque fistant, ut in omnes & singulas species exacte quadret; verumtamen præter generalissimam definitionem nominalem §. 1. datam opus est, ut ex omnibus singularum specierum signis, quantum possibile est, ea feligamus & abstrahamus, quæ si non in plane omnibus, tamen in longe plerisque reperiuntur, omittentes forte aliqua, quæ singularibus & rarius occurrentibus speciebus propria sunt.

§. V.

His præmissis damus primum prodromos phthisicos:
Quandoque nulli ad sunt, plerumque tamen præcedunt eam: Catarilli
crebriores, tussicula saepius recurrens, oppressiones pectoris fugaces,
leves

A 2



leves dolores thoracici, dyspnoea aliqua ad motum, laborem, sensus lassitudinis, vacuitatis in pectore, post vocis, sermonis, aliarumque respirationis modificationum intensitatem, diuturnitatem: Vulgo vocant hunc statum pectoris debile, (eine schwache Brust) Mulieris quoque palmi solennes sunt, frigusque extreborum eos vexat.

§. VI.

Cum phthisis reapse incipit, priora symptomata plerumque intenduntur, & frequentius se manifestant, lassitudo infusa, sine causa manifesta ingruit, animus simul demissus est, & irascibilis; præcipue vero jam tussis magis urget, vehemens, clangosa fit, & vel continuè, vel periodice, maxime autem summo mane, exergefactum vexat: si forte autem siccata fuerit, sensim humescit, & spuma prodeunt modo mucosa, spumosa, pituitosa, dulcia, salsa, modo, & nonnunquam jam mature subpurulenta; Plerumque etiam febricula vespertina ingruit, cum ardore volarum, rubore genarum, labiorum, carunculae lacrymalis, sitis quoque percipitur, & urina evadit rubra, febricosa; Aeger ordinarie pallet, & sensim marescit, dum interim appetitus satis adhuc constat.

§. VII.

Morbus progrediens, fixus, confirmatus exhibet priora §. 5 & 6. adhuc acuta & exasperata, spuma magis magisque ad naturam puris accedunt, utpote quod etiam in non-ulcerosa phthisi apparere potest & sub finem solet; quandoque etiam fœtida sunt, aliás & tenacissima: Febris jam continuè urget, etiam matutino tempore, cum pulsu valde frequenti, saepè parvo, molli: Accedunt sudores nocturni, quæ aliquantum sublevare videntur, reapse autem debilitant; Decubitus nonnunquam molestus est, jam in latus affectum, jam in alterum, qui tamen magis in helcotica specie evenit; animus iracundus, credulos, inconstans, semper salutem sperans.

§. VIII.

§. VIII.

Cum denique morbus summum attigit fastigium & gradum, & jure pro desperato habetur, haec tenus allegata adhuc ingravescunt, Tussis assidua sputa protrudit copiosa, purulenta, sudores evadunt colliquatiivi, ut & similis diarrhoea accedit, vox fit rauca, clangosa, debilis, Accedunt: edema pedum, aphtha, tormina, artuum dolores, & denique mors ægrum, ab ipso quidem nondum expectata rapit.

§. IX.

Hic ut plurimum tristis morbi hujus decursus est, verumtamen & multi evadunt, & tum, cum res in melius vergant, omnia symptomata successive mitigantur, tussis fit rarior, mitior, sputa minuantur, & quidem cum evpnoea, febris sensim disparat, vires carnesque redeunt. Salutares hæ mutationes pro diversis phthiseos speciebus non uno modo perficiuntur.

§. X.

Ad reliqua phthiseos prædicata in genere pertinet ejus duratio, quæ iterum secundum diversas species varians quidem, ut plurimum autem longa, chronica est; *) Phthisicus enim per annos se protrahere valet, intervallis fatis tolerabilibus, & subinde convalescere sibi visus, facilime relabitur, variis ex occasionibus, aëris vicissitudinibus subitis, diaeta erroribus multivariis: In genere vix erit morbus, qui in relapsus tam facilis ac pronus sit, ac quidem hic ipse.

A 3

Ende-

*) Hippocrates *epi 2500* II. p. m. 478. lin. 25. (septem. novemv.
annorum)



Endemius, sulum velde familiaris est quasi hic morbus multis locis & regionibus, ut Londino, Viennæ austriæ, &c. In insulis americanis seu Indiae occidentalis contra phthisis fere incognita est, adeo, ut per habitationem in istis potius præcaveatur & sanetur. *)

Contagium ejus, salem purulenta, & angustiori ex commerio, quale in matrimonio pauperiorum, in eodem lecto decumbentium locum habet, negari non potest, pluraque ejus rei existant testimonia **).

Singulare quid observasse sibi visus est Simmons, phthisicis dentes candidos, albos familiares esse, *** quam observationem etiam repetit Camper. Eadem autem jam instituit Ballonius ****), & nuper eum habitum ex usu acidorum dentes contraxisse putant. Pupillæ dilatationem in multis observavit Withering. *****)

§. XI.

Periculum morbi omnino magnum est, differens pro speciebus, gradibus, subjectis.

§. XII.

*) Grant von Fiebern p. 165. 482.

**) Galenus de different febrium cap. 2. Eph: NC. Dec. I. A. IX. & X. obf. 45. Schmid. Dec. II. A. IV. obf. 45 Politus. Cent. X. obf. 26. Guilmann. Morgagni de caussis & sed. morb. Epist. XXII. art. 14 - 24. (Itali in primis singularem metum ejus contagii alunt.) Degner de dysenteria. p. 100. Reid von der Schwindfucht. Riedlin. Lin. Med. 1695. p. 306. Salmuth. Cent. III. obf. 64. Wendt. Dritte v. vierte Nachricht. p. 13. Evers Diff. de contagio phthisico.

***) Practical Observations on the treatment of consumtion.

****) Opp. I. p. 20. qui eos liveiscere affterit,

*****) vom rothen Fingerhut. p. 231.



7

§. XII.

Hæc sunt præcipua, quæ de morbo hoc in genere dici possunt; ejus enim pathologia, licet genericæ strui queat, differt tamen pro ipliis speciebus, & ex illis ipliis depromi debet, quas jam dabo.

§. XIII.

Prima cohors sifit *Syphioreticas* seu *Congestorias*:

Quanquam nulla phthisis sine congestione humorum ad pulmones concipi potest, dantur tamen tales, quæ hanc ipsam pertinacem humorum ad pectus determinationem pro causa præcipua agnoscunt.

Quippe vasa, glandulæ, verbo, apparatus secretorius pulmonum per humores, præter naturam violentius, pertinacius appellen tes dilatatur, stimulatur, unde major, uberior secretio evenit, primum materia aquosæ, dein crassioris, pituitosæ, quæ simul partes nutrientes, gelatinosas, quamvis formâ mutata continet: Hinc canis sputa hujusmodi phthisica lambens prepinguis fieri potuit, *) & exinde concipi possunt pulmones integri, flaccidi in cadaveribus phthisi demortuorum reperti. **)

Phthisis hæc pituitosa, in qua, ut modo diximus, status pulmonum laxus cum congestione humorum concurrit, successu temporis facile transit in emphracticam & helcoticam.

Deposita semel materies qualiscunque in vias aëriseras tussim ciet, & dyspnœa facile ex hoc pulmonum statu intelligitur.

Fe-

*) Murray de phthisi pituitosa.

**) de Haen Rat. Med. T. I. p. 36. II. Nro. 2. III. p. 187. VI. p. 74. 131. VIII. p. 91. IX. p. 49. XII. p. 250. Bader. obs. 35. Riedlin Lin. med. 1696. p. 133.



Febris, quæ pro morbi gradu & decursu varia est, pro causa agnoscit tam statum vasorum pulmonalium, cum inflammatorio vel subinflammatorio comparandum, nec non coabitam excretionem perspirabilis pulmonalis, serius quoque, cum phthisis in pyram transfirat, poris resorptionem, quam nonnulli incassum negant.

Ex similibus rationibus procedunt sudor & diarrhoea colliquativa in provectione morbo, nec non aphthæ, tam stomaticæ, quam gastricæ & intestinales.

Oedema pedum de summa testatur atonia; Macies ex febre, & perpetua jaclura humorum nutrientium intelligitur. Quod Therapiam attinet, generalius tantum pro hoc nostro scopo addimus, eam in revulsione, dein in roboratione consistere debere, temperantia cum roborantibus miscenda esse, ne febris augeatur.

§. XIV.

Ad Symphoreticas phthises pertinent:

1) Atonica.

Seminia ejus sunt: Delicata constitutio fibrarum, vasorum, conspicua in habitu universo, genis teneris, rubris, maxime, si hyperaesthesia juncta est.

Hæreditas.

Thoracis, externi, interni angustia, deformatio. Aetas juvenilis, utpote cui congestiones ad pectus familiares sunt.

Debilitantia qualibet: Venus, fames, pravus aër, morbi quicunque exhaustientes, unde quivis fere morbus denique in phthisin abire potest.

Occasionem præbent: Orgasmus omnis, quocunque modo exercitus, præsertim subsequentे ptyxi.

Pulmonum motus nimius, quorū pertinent: vociferatio, declamatio, instrumentorum canorum exercitium, cantus, risus, ipsaque tussis, undecunque orta.

Ca-

Catarrhus vehemens, *)

Pnevmoniaæ **).

2) Ischocenoticaæ.

Excretionum suppressionem sequuntur in subjectis irritabilibus motus, qui eo tendunt, ut vicariae aliis in organis excretiones instituantur, augentur: Ruunt itaque congesiones ad loca sic dicta debiliora, & in depositis ad pectus.

His subdinantur

a) Ischæmorrhagicæ, nempe ex suppressa epistaxi, hæmorrhoidæ **), ex menisches ****), lochiorum retentione, *****) neglecta venæ sectione ****), nec non quodammodo ex anginæ habitualis emanatione.

b) Ischophallorrhœica ****). seu ex suppressa phalorrhœa, quam alias gonorrhœam vocant.

c) Ischhysterorrhœica *****) sive ex suppressa hysterorrhœa, vulgo fluore albo.

d)

*) Hippocrates περὶ γένων I. p. 450. l. 30. περὶ τῶν ἐρῶν παθῶν. p. 536. lin. 35. Horstius Opp. II. p. 34. Timaeus v. Guldenklee Epist. p. 537. Pringle Krankheiten einer Armee &c. Stoll Rat. Med. P. II. p. 4.

**) Hippocrates Ic. p. 450. lin. 30. Horstius Opp. II. p. 131. Zactus Lusit. Prax. admir. L. I. obs. 110. Valleriola L. V. obs. 5. Tulpius L. II. cap. 8. Harder Apiar. p. 73. Bresi. Samml. 1725. II. p. 669. Morton Phthisiol. p. 112. Stoll Rat. Med. P. II. p. 4.

***) Burggrav Med. Fälle p. 43.

****) Crato Confil. VII. p. 538. Morton Phthisiol. p. 110.

*****) Cattieri obs. n. 11.

*****) Eph: NC. Dec. I. A. IV. & V. app. p. 49. (ideo Anglis esse familiarem.) Dec. II. A. II. obs. 165. Valentini.

*****) Act. Med. Berol. Dec. II. Vol. VII. p. 77. Morton Phthisiol. p. 100.

******) Eph: NC. Dec. I. A. VI. & VII. obs. 103, Wincler.

B



d) Ischidrotica: *Suppressio sudoris, tam universalis, quam topici, has consequentias habere potest, Posterioris exemplum memorabile habet Lentini* *).

e) Pfyctica, **) *sive ex suppressa transpiratione, qua & rheumatica, catarrhalis appellari potest.*

Denique inter symphoreticas occurunt:

3) Sympathicæ.

Stimulus nempe remotus potest motus congestorios quaquaversum, adeoque & ad pulmores ciero, unde:

a) Gastricæ. Ex hoc fonte jam Lentilius phthisin deduxit ***) quorundam:

α) biliosa. ****)

β) acatharta, sive ex faburra qualicunque.

γ) verminosa. *****)

b) Splanchnicæ,

α) hepatica, ex hepatemphraxi, aliisque hepatis vitiis,

β) splenica.

γ) nephrica. Sic ex calculo renum phthisin derivavit Morton. *****)

δ) hysterica, sive ex uteri vitiis pendens.

§. XV.

*) Memorab. &c. p. 104.

**) Eph: NC. Dec. I. A. VI. & VII. obs. 210. De la Mettrie Oeuvres p. 315. Morton Phthisiol. p. 110.

***) Eph: NC. Dec. III. A. VII. & VIII. app. p. 120.

****) Fink von Gallenkrankheiten. p. 74.

*****) Eph: NC. Dec. III. A. IX. & X. obs. 141. Lanzoni. Delius Amoen. acad. Dec. V. n. 2.

*****) Phthisiol. p. 101.

§. XV.

Hactenus recensitae phthises symphoreticæ eatenus sunt simpli-
ces, ac nulla singularis humorum dyscrasia vel acrimonia apud
eas obtinet: Dantur autem omnino & tales, quæ in humorum
acrimonia & dyscrasia varia radicantur, & præter indicationes a-
pud priores obtinentes correctionem humorum postulant, sine qua
sanari plane nequeunt.

Sequuntur orgo inter symphoreticas:

4) Drimyticæ, sive eæ, in quibus singularis aliqua acrimonia
obtinet, quæ sive per modum metastaseos vasa pulmonum
obsidet, sive cum circuitu humorum communī eo perlata
hoc viscus afficit, stimulat, corruptit.

- a) pyretica, ex metastasisbus febrilibus.
- b) biliosa, simili ex ratione.
- c) syphilitica. *)
- d) pectoris. **)
- e) achorosa.
- f) herpetica. ***)
- g) arthritica. ****)
- h) trichomatica.
- i) variolosa. *****)

B 2

k)


*) Act. Med. Berol. Dec. I. Vol. II. p. 92. Morgagni Ic. art. II.
Morton Phthisiol. p. 107.

**) Eph: NC. Dec. II. A. X. app. p. 53. Lentilius, Velschius. Episagm.
p. 85.

***) Carrere von dem Bitterfū's p. 148. Starke ib. p. 155. Morgagni
de Sed. & causis morb. Ep. XXII. art. 31.

****) Mœhring obs. 33. Morton Phthisiol. p. 118.

*****) Eph: NC. Dec. II. A. VI. obs. 28.



k) rubeolosa.

l) pyica, ex aliis fontibus & focis purulentis;
Ita Muzell ex abscessu peritonaei phthisin ortam vidit. *)

a) Xerelcotica, sive ex siccatis ulceribus chronicis. **)

m) dialytica, cum massa humorum nimis tenuis, resoluta est,
ut ex defectu debitae coherentie & mixtionis partium con-
stitutivarum nimis facile vasa intret, secundumque particu-
larum patiatur. Videtur sanguini nonnullorum phthisico-
rum singularis, specifica, nondum satis cognita acrimonia,
inhaerere quae forte ex nimia phlogisti evolutione deduci
potest, utpote quod, ut in morbis inflammatoriis suspica-
mur, vehementem stimulandi vim possidet; Hanc, si ul-
teriores observationes eam dilucidaverint,

a) Exquisitam, vel & phlogistica appellare poterimus:
Hinc est, quod nonnulli de fomite heretico, phthisico lo-
quuntur. Altera, quae ex dissolutione humorum sequi-
tur, est:

o) Aquosa, quae in plerisque casibus cum atonica juncta
deprehenditur.

§. XVI.

Drimytics adjungo

n) halitofas, cum vapores acres ceu stimulus pulmonibus in-
cumbunt, affluxum humorum cientes: Ejusmodi sunt:
Vapo-

*) Wahrnehmungen. II. n. 4. Lentini Memorabil. &c. p. 131. ex au-
rium purulentia. Horstius Opp. II. p. 526, ex mesenterii abscessu.

**) Morton Phthisiol. p. 109. 146. Eph: NC. Cent. V. & VI. obf. 12.
Edinburg. Verf. II. B. n. 22. Lentini Memorab. p. 105, Oberlein
Diff. de Phthisi ex ulcere. Gießae 1782.

Vapores acidi, sulphuris, nitri, salis, summopere alcalini, arsenicales, alii metallici, lithanthracum? Ex fumo candalarum enatam habet Borellus *) nec non habitus phthisicorum.

§. XVII.

Sunt autem & corpora solidia, *mechanici stimuli* vices gerentia, quæ subinde eo penetrant, ut pulvis lapidum ex lapidicinis, *) molendinis, alii pulveres, nec non majora corpora in asperam arteriam & pulmones translata, ut ossa, turundæ, nubes, nuclei, monete, &c. **) An & Vermiculi, ut Bartholinus habet. ***) Has vocamus.

;) Erethisticae.

§. XVIII.

Post Symphoreticas produco secundam cohortem, quam efficiunt
II.) Emphractiae.

Etsi haec plerunque symphoreticarum soboles sint, & istæ gradatim in has transeant, nec sine omni congettione persistere queant, tamen singularem speciem principalem constituant, quoniam status pulmonum, adeoque morbi sedes princeps in iis alter se habet, ac in merè symphoreticis. Scilicet vasa pulmonalia in symphoreticis quidem jam expansa, nunc tonum suum eò usque amiserunt, ut liquida impulsa libere promovere amplius non possint, adeoque stases, emphraxes magis minusve

B 3 com-

*) Cent. II. obs. 29.

**) Memoires de Dijon. II. &c. Wepfer Obs. 44.

***) Borellus Cent. IV. obs. 63. Eph: NC. Dec. II. A. X. obs. 66. Eggerdes. Dec. III. A. III. obs. 18. Ledel. Morton Phthisiol. p. 101.

****) Histor. Anat. Cent. I. histor. 46.

completæ formentur. *) Ex hac apparatus secretorii pulmonalis constitutione sequitur uberior lentæ pituita depositio in vasa aëriera, accendentibus motib⁹ febrilibus status fit inflammatorius vel sub-inflammatorius, unde secretorum varia consistentia, forma, mixtio emergit, & sputa facile purulenta evadunt, et si nondum ulcerosus status adsit. Indicationes principales erunt: Resolvere stagnantia, & vasa roborare: Specialiores ex ipsis specierum constitutione & denominatione hauriri poterunt. Ad has pertinent:

1) Symphoreticæ omnes, eo usque proiectæ, ut, cessante li-
cet congesione emphraxis ex supra dictis persistat.

2) Pachyaemicæ;

Fas est, credere, spissitudinem sanguinis qualemcumque ad ge-
nesin emphraxium facere posse: Subordinantur itaque:

a) pituitosa.

Alio nullum sensu hic loci hunc terminum accipio, ac supra §.
13. ubi nimirum phthisis pituitosa magis ut *facies* vel *eventus*
considerabatur; Nimirum phthisis pituitosa ab III. Murray nun-
cupata ex symphoreticis æque ac ex infarctuosis esse potest, &
ulteriore distinctionem omnino meretur, nec prout jacet, pro
fatis determinata specie haberi potest.

Itaque pituitosa hoc loco mihi est ea, quæ ex humorum pituitosa con-
stitutione nascitur.

Seminia erunt: Constitutio laxa, aquofa, pituitosa, cachectica, chlo-
rotica, **) sanguis muco resertus, tenax, atonia pulmonum.

Occasiones præbebunt:

Vita

*) Morgagni Ic. art. 21.

**) Morton Phthisiol. p. 110.

Vita otiosa, sedentaria, aër humidus, frigidus, catarrhi vehementiores, diuturni, neglegti —.

b) Atrabilaria.

Quodammodo hæc species ad symphoreticas sympathicas referri potest; Hic vero eam volo, quæ in constitutione humorum ipsorum atrabilaria, tenaci, radicatur, quatenus haec universalibus emphraxibus, adeoque & pulmonalibus ansam præbet, quam Burggrav observavit. *)

3) Thlipticae.

Thliptis in pulmones, eorumve vasæ agens expedito transitui per ipsos obicem ponit, adeoque eorum expansioni, sicut humorum, ipsi emphraxi viam sternit. Sunt eæ:

a) Stenothoracica.

Thorax planus, angustus, vel male conformatus, **) pulmones ægre hospitans ut seminum ad omnes phthiseos species conferre potest, quandoque & solus sufficit ad emphracticam generandam.

b) Oncodes. ex tumoribus quibusvis, in cavo thoracis contentis, adeoque ipsum immediate angustantibus, ut steatomibus &c.

c) Physconica, cum tumores in abdomine persistentes, ut magnum hepar, splen, steatomata mesaraica, & ejusmodi diaaphragmatis descensum impedientes, illudque elevantes thliptis exercent.

d) Tuberculosa.

Re-

*) Medic. Fælle. p. 34.

**) Lentilius Eteodrom. p. 725, Riedlin Lin. Med. 1695. p. 221.

Reperta sunt raro per anatomen tubercula in pulmonibus, variae magnitudinis, numeri, substantiae, ut quaedam pro glandulis induratis, scrophulosis, scirrhosis^{*)} haberi possint, quod subspecies constituit:

a) scrophulosam.

Alia manifesto calculosae naturae sunt, quae efficiunt.

b) lithasticam: **)

c) Vermicosa.

Quamdiu vomica faccio suo clausa est, et si pus continet, tamen nondum aliter, nisi premendo, circuitum impediendo agit, adeoque inter thlipticas referri meretur. Apertis subinde vomicis transit eatenus in helcoticam, vel speciem mixtam, dum interim aliae forte vomicae adhuc clausae thliptis exercere pergununt.

Post thlipticas sequuntur:

4) Plemyrylicæ, sive restagnatoriæ, cum sanguinis libero circuitu obex aliquis opponitur, unde restagnations, stases, emphraxes non possunt non sequi, Huc spectat:

a) Cardiaca, cum ex cordis vitiis phthisis nascitur, ut ex carunculis^{***} polypo^{****})

b)

^{*)} Harder apiar. obs. 47. Morgagni Ic. art. 19. ls. Morton Phthisiol. p. 81. Stoll Prælett. p. 46.

^{**)} Eph: NC. Dec. II. A. IX. obs. 229. Wepfer. Dec. III. A. IV. obs. 109. Stegmann. Fabricius. Hildanus Cent. II. obs. 29. Morton Phthisiol. p. 101. Veirac Verhandelingen v. Vlissingen. v. Ausf. Abhandl. für pr. Aerzte. V. B. p. 514.

^{***)} Bartholinus Epist. I. p. 280.

^{****)} Eph: NC. Dec. II. A. VIII. obs. 129. Dolæus.

- b) Splanchnica, cum in visceribus aliis, maxime abdominalibus, vel & in singularibus ejus vasis obstrunctiones obtinent, unde restagnations ad pectus resultant.
- c) Accidental, cum ex opificiis, consuetudine, thorax incurvatur, angustatur, cum vincula, corpus proum tenetia, decubitus malignus in lecto &c. idem efficiunt.

§. XIX.

Tertiam cohortem constituant Ulcerosae seu Helcoticeæ.

In his verus status pulmonum ulcerosus subest, quo & ipsa pulmonum substantia sensim exeditur, & in pus varia indolis vertitur. Generaliter indicantur ulceris mundatio, consolidatio.

In hanc per varias mutationes transire possunt quin solent
 1) Omnes prius recensitas species, quæ itaque suo modo hic re-
 capitulari debent; Præter eas autem datur:

2) Diabrotica.

Cum acrimonia quaeviis, sive inquiline sive exotica tenerant
 pulmonum substantiam arrodit, & sic exulcerationem for-
 mat, semper ulterius & profundius serpentem.

3) Biastica,

Vis nempe mechanica *) pulmones laedens, vulnerans, substan-
 tiam rumpens, per consuetas consequentias ulcerosum sta-
 tum producere potest, unde hæmoptyeos species aliquas
 phthisis sequi solet.

§. XX.

*) Hippocrates *regi των ιδεον μαθητων* p. 531. l. 13. huc trahit, labore,
 cursum, lapsum, plagas, vomitus, febres. Salmuth Cent. II.
 obs. 72. ex iectu in dorsum phthisis habet, Borellus Cent. II. obs.
 59. ex violentiis.



§. XX.

Denique dantur etiam

IV. Exallacticae, quæ ex degeneratione substantiæ pulmonum procedunt. Sic e. g. observati sunt pulmones exsiccati, tenaces, quales & ipse vidi, quam speciem vocarem.

i) Xeroticam,

Therapia his nulla fere dicari potest.

§. XXI.

Evidens quoque est, in phthisi, perinde ac in aliis morbis dari species compositas, mixtas, nec non complicationes varias.

XX. 2

01 A 6631

ULB Halle
002 934 922

3



5b

B.I.G.

Farbkarte #13



DISSE^TRAT^O IN^AUG^URALIS MEDICA
SISTENS
SCIAGRAPHIAM PHTHISEOS NOSOLOGICAM

QUAM
RECTORE UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO DUCE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO
DUCE WIRTEMBERGIAE ET TECCÆ REGNANTE
REL. REL.

PRAESIDE
GUIL. GODOFREDO PLOUCQUET

PHILOS. ET MED. DOCT. HUJUSQUE PROF. P. O.
P. T. DECANO.

PRO GRADU DOCTORIS

EXAMINI PUBLICO SUBJICIT

M. OCTOBR. MDCCCLXXXIX.

JOHANNES PETRUS MOLL, BIELENSIS.
CHIRURGUS PRIMARIUS LEGIONIS PRÆTORIANÆ HOLLANDICÆ.

TUBINGÆ TPPIS REISSIANIS.